



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 68. Pontificis conatus circa Synodum in Germania recipiendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

curatori demandarentur, curaturum: ceterum publicam universi Concilii in Regno suo promulgationem eo rerum statu periculofam deprecabatur, cum vereretur, ne per Calvinistas novis implicaretur tumultibus, ex quibus forte nunc difficilias, quam antea sese extricare posset: de cetero autem nullam se intermissurum spondebat occasionem, qua testatum redderet, quanta veneratione summum Pontificem prosequeretur, cum obsequium ipsi debitum satis probe cognosceret. (*)

§. LXVIII.

Pontificis conatus circa Synodum in Germania recipiendam.

*Pallav. l. 28.
c. 12.*

*Thuan. l. 36.
Spond. hoc
ann. n. 3.*

Equidem Pontifex hac excusatione specietenus contentus esse videbatur, nihilominus præcipuam curam eo vertebat, ut Synodus in Germania promulgaretur: eapropter ad Nuntium suum Episcopum Ventimillensem hac super

(*) Thuanus, quem Continuator allegare non audebat, ne plura de suo maligne addidisse convincatur, duntaxat hæc a Rege dicta fuisse refert, de obsequio alioqui suo in Pontificem in posterum bene speraret, ast Continuator jam magis assuetus erat solitæ obsequii promittendi formulæ, quæ ibidem adhibetur, dum obsequium negatur.

super re perscriptis; haud enim ignora-
 bat pertinaciam Lutheranorum, qui
 contra Synodi decreta editis libellis re-
 clamabant, atque inter alios præci-
 pius erat Joannes Fabritius, qui ad
 Germanos sermonem erroribus plenum
 transierat, quem tamen Petrus Fon-
 tidonius Hispanus Theologus, qui Sy-
 nodo intererat, mox refellebat: insu-
 per Martinus Chemnitius Melanchto-
 nis Discipulus adversus decretorum pro-
 mulgationem debacchabatur, edito li-
 bro, quem Jodocus Ravensteinus Lö-
 vaniensis Theologus confutabat: ergo
 duntaxat in Catholicorum ditionibus
 Concilii promulgatio urgenda videba-
 tur; præprimis vero Ferdinandus Im-
 perator rursus tam suo, quam Ba-
 varix Ducis Generi sui nomine calicis
 usum iteratis precibus a summo Pon-
 tifice petebat, cum enim sibi nihil con-
 cessum videretur, etiamsi hanc rem
 per suos Oratores, imo etiam per se-
 ipsum Oeniponti in variis colloquiis cum
 Cardinalibus Morono, & Lotharingio
 habitis sæpius postulasset: ideo rursus
 literis ad Papam die decima quarta Fe-
 bruarii datis institit, (*) atque huic
 suo

Æcul. XVI.
A.C. 1564.

(*) Exstant hæ literæ apud Odoricum
 Raynaldum hoc anno n. 29.

Hist. Eccles. Tom. XLVII.

Sæcul. XVI. A.C. 1564. suo diplomati libellum a quibusdam Doctoribus Catholicis compositum adjunxit, eo fine, ut in præsentis Germaniæ statu ejus preces recusari haud possent ostenderet, cum aliunde ambo Cardinales Moronus, & Lotharingius hujus indulgentiæ spem fecissent, ac præcipue pariter Archiepiscopi S. R. J. Electores id vehementer exoptarent. (*)

§. LXIX.

Cæsaris postulatam circa Calicis usum a Papa Cardinalibus propositam.

Paltav. c. 12. num. 8. Itaque summus Pontifex die decima quarta Julii habito Purpuratorum Senatu hoc Cæsaris postulatam Cardinalibus

(*) Quam agendi rationem Albertus Bavaricæ Dux circa Calicis usum tenuerit, lubet percipere ex Adlzreiter Annal. Boic. t. 2. lib. II. n. 22. *Albertus*, inquit ille, *comperto* Patribus Tridentini Concilii non fuisse probatum Calicis usum in Sacrosancta divini epuli communione, nihil ultra instandum ratus, ab ulteriore ejus petitione prorsus abstinuit, tametsi non deessent Principes, virique magnæ auctoritatis, qui Pontificem ea super re adendum putarent: immo cum Pius IV. Pontifex petente Ferdinando Cæsare, quod